



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 75. Tumultus Rothomagi inter Catholicos, & Protestantes suscitati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Sæcul. XVI. dicti executionem urgebant, simulque
A.C. 1571. Regi pro exhibita benevolentia grates
 rependebant. Hac ratione sic extracta
 est hyems, quæ eo anno sævissima fuit.

§. LXXV.

*Tumultus Rothomagi inter Catho-
 cos, & Protestantos suscitati.*

Thuan. l. 50.
Bellefor. l. 6.
cap. 114.
Spond. hoc
anno n. 32. **M**ense Majo Rothomagi ingentes con-
 citabantur tumultus, quibus mu-
 tuum inter Catholicos, & Protestantos
 odium ansam præbebat; cum enim
 mane hora quarta hæretici ad proces-
 suas urbe exirent, a populo diceris
 petiti, atque a Caletensis portæ custo-
 dibus male habiti sunt; nec ecquidem
 tum quid acerbius in eos tentatum,
 postquam vero sub vesperam Protestan-
 tes domum redierunt, Catholici in in-
 cautos majore impetu inveci ex iis circi-
 ter quinque interficiunt, reliquos aut gra-
 viter vulneratos, aut contumeliose ha-
 bitos huc illuc dispergunt. Idem Diep-
 pæ exemplo Rothomagensium etiam ac-
 ciderat, eaque res forte funestum op-
 pido successum fuisset fortita, nisi urbis
 Gubernator seditiosorum conatus re-
 pressisset. Demum ea re intellecta Rex
 plurimum commotus est, quod nup-
 erum edictum suum effectui dari vellet,
 necnon hisce violentiis Calvinistas irri-
 tari, ac per ejusmodi petulantiam
 con-

Sæcul. XVI.
A.C. 1571.

confilia, quæ contra eos cusa erant, suo exitu frustrari pertimesceret: eapropter illico Franciscus Montmorentius Franciæ Marescallus, & Rothomagensis Gubernator unacum militum agmine illuc missus est, eique attributi ex Curia Parisina quidam Consilarii, Viri integritate conspicui, & ab omni factione alieni, qui necessariam cognitionem habuerunt, & paucos ex reis extremo supplicio affici, aliosque exilio mulctari, plurimos vero grandi pecuniæ summa puniri iusserunt: in trecentos vero absentes tanquam contumaces mortis sententiam pronuntiarunt, eosque depictos patibulo affigi præceperunt: horum igitur supplicio nonnihil hæreticorum furor deferbuit.

§. LXXVI.

Aurelianensium Seditio contra Calvinistas.

Insuper Aurelianensis Urbs Nassoviorum Principum imperio obnoxia Mense priori ejusmodi turbis agitabatur; quamvis enim Franciæ Rex arcem præfidiario milite muniisset, nihilominus Viscantini Comitatus incolæ summo Pontifici subjecti Aurelianensem populum concitabant, ut in hæreticos insurgeret, nec irritò conatu; quippe certamine ad tertiam diem protracto

Hist. Eccles. Tom. XLVIII. Ss plu-